



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica IV. Adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

acquirendi honorem est illum contemnere, uti videre est in Moyse coronam Ægypti recusante: Constitui te Deum Pharaonis. I. Qui mundi gloriam ardentem quærit, ipsam non invenit. II. qui verò eam contemnit, ipsam adipiscitur. Gloriam enim contemnere est ipsam obtinere, *Hector Pintus in c. 16. Ezech. Bern. Finetti. Confid. Moral. hic.*

THESIS XVIII. *Rectas facite semitas.* Matth. 3. v. 3. Vide infra Dom. 4. post Pascha. Thesi 1. de Semita peccatorum.

*Semita peccatorum.*

THESIS XIX. *Non sum.* Joan. 1. v. 21. Disce à S. Joanne non usurpare titulos tibi non debitos. Non sum ego Christus: II. abscondere etiam congruos: Propheta es tu? & respondit: non. Confiteri humiles: Ego vox. *Durand. Doct. Theol.*

*Humilitas*

## DOMINICA IV. ADVENTUS.

THESIS I. *Prædicans Baptismum* Pœnitentia.  
B 3 Pœ-

*Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. Omnia quæ videmus supra nos, intra nos, circa nos, prædicant nobis Pœnitentiam. I. *Super nos*: Deus consulit, præcipit, instruit suo exemplo, ut ita dicam, Misserendo iterum hominis, quem è paradiso eiecerat. II. *Intra nos*: Miseria ipsa, quæ premit, peccatorem ad pœnitentiam inducit, ut eâ liberetur. III. *Circa nos*: Dies è tenebris noctis emergens; Stellæ lumen, amissum in die, noctu reparantes; Arbores, prata, horti, deperditum in hyeme decorem recuperantia; Mundus totus ex sepulchro nivium, tenebrarum &c. resurgens.

*Fructus  
Pœnitentiæ.*

THESIS II. *Facite Fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. I. Primus fructus est, ut quis *punitat* in se, quod comisit. II. Secundus, ut *fugiat* peccata, & occasiones peccati. III. Tertius est, ut tantùm *Studeat* ad bene agendum, quantum studuit ad peccandum. S. Thom. Aquin. in Matth. 3. Huc illud S. Remigij ad Clodoveum: *Adora, quod incendisti; incende, quod adorasti.*

THESIS III. *Facite Fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Vel *Baptismum*

primum Pœnitentiæ. Qui bene exprimitur illo versiculo: Asperges me hyssopo & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. Ps. 50. I. Incipientium est *aspergi*. II. Proficientium *lavari*. III. Perfectorum super nivem *dealbari*. Primum fit per Gratiâ justificantem mediante Confessione: Secundum fit tollendo reliquias peccati condonati, Tertium fit inducendo virtutes contrarias peccatis præteritis. *Alexander Diotallevi in Ps. Misere citato versu.*

THESIS IV. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Ille omnis fructus, ut auferatur peccatum Isai. 27. Ad veram pœnitentiâ requiritur. I. Ut *Cor* peccata detestetur. II. Ut *Lingua* peccata confiteatur. III. Ut *Manus* pro peccatis satisfaciât. Seu, quod idem est Cordis dolor, Oris confessio, & Manûs satisfactio sunt tria ad veram pœnitentiâ necessaria. *La Selve Conc. 10. in Adventu.*

THESIS V. *Facite fructus dignos Gratia.* pœnitentiæ. Luc. 3. v. 8. Ad hoc, ut quis pœnitentiâ agat, debet habere

*Tempus, Gratiā, & Voluntatem* pœnitendi. I. Incertitudo temporis. II. Incertitudo gratiæ. III. Incertitudo voluntatis sunt tria Motiva non differendi pœnitentiam. *La Selve fer. 4. post Dom. I. Quadrages.*

*Tempus.* THESIS VI. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Qui ritè pœnitentiam agit, nullum tempus perdit. I. Non *Præteritum*, quod restaurat, recogitans annos suos in amaritudine animæ suæ. II. Non *Præsens*, quod tenet per exercitium boni operis. III. Non *Futurum*, quod disponit per constantiam boni propositi. *S. Bernard. lib. Sent.*

*Pœnitentia.* THESIS VII. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Dico tibi, quòd omnia te impellant ad agendam Pœnitentiam: I. Deus, qui hanc præcipit. II. Mundus, qui te decipit. III. Tempus, quod elabitur. IV. Mors, quæ appropinquat. V. Æternitas, quæ instat. VI. Libri, qui nos monent. VII. Concionatores, qui nobis minantur. VIII. Confessarii, qui nos urgent. IX. Christus deni-

denique ipse, qui quâ verbis, quâ minis salutem nostram intendit.

THESIS VIII. *Prædicans Baptis- Confessio:*  
*mum Pœnitentiæ. Luc. 3. v. 3.* Nisi enim pœnitentiam egeris, dubium, an semper præsto tibi? I. *Tempus*, quod nunc habes. II. *Gratia*, quæ modò tibi offertur. III. *Voluntas*, quam modò sentis. Accedit, quòd, qui tempore abutitur, illo priveretur: qui gratia abutitur, illâ priveretur: qui libertate abutitur, illa quoque priveretur.

THESIS IX. *Videbit omnis Caro Salutare Dei. Luc. 3. v. 6.* Qui in peccato mortali existens hoc sacratissimo tempore animum Confessione non expiat. I. Christum advenientem cum Bethleemitis excludit. II. Cum Herode Infantem persequitur. III. Præsepe Domini in Calvaria montem vertit.

THESIS X. *Videbit enim omnis Nativitas Caro Salutare Dei. Luc. 3. v. 6.* Tri-  
*Christi.*  
 plicem Nativitatem habet Christus: I. Æternam in sinu Patris. II. Temporalem in terris ex MARIA. III. In cordibus hominum per verbum Dei.

Filioli, quos iterum parturio, donec formeretur Christus in vobis. Pater ergo cœlestis, MARIA, & Concionarores pariunt.

*Inspiratio,* THESIS XI. *Prædicans.* Luc. 3. v. 3. I. Inspiratio Divina est gratia occulta, dum recipitur. II. Fit publica, quando illam homo sequitur.

*Pœnitentia.* THESIS XII. *Baptismum Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. I. Pœnitentia reditur impossibilis, si amor peccati eam differre facit. II. Inutilis, si interrumpitur per peccatum. III. Scandalosa, si fit cum peccato. *Diction. Apost.*

*Pœnitentia.* THESIS XIII. *Prædicans Baptismum Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. I. Non est Tempus, in quo pœnitentia non sit necessaria, cum Joannes tempore, quo Christus Redemptionem ipse instituit, eam annunciârit. II. Non est Persona à pœnitentia exempta, cum ipse Joannes in Deserto eam susceperit. III. Non est Locus, ubi pœnitentia non sit necessaria, cum eam Joannes circa Jordanem, fluvium sacrum, prædicavit. *Durand. in Caract. Sanctor. p. 2. hic.*

*Necessaria omnibus.* THESIS XIV. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. *Evangelium*

lium loquitur de triplici genere hominum. I. Eorum, qui non cognoscunt Deum, neque illi serviunt, quales sunt Pagani, Tiberius, Pilatus, Lyfanius; hi indigent pœnitentiâ, ut de sua Infidelitate ad frugem redeant. II. Secundò: Eorum, qui cognoscunt, & tamen non serviunt, vel malè serviunt Deo, quales sunt Annas, & Caiphas; Hujusmodi indigent Pœnitentiâ, ut peccata sua deleant. III. Eorum, qui cognoscunt Deum, & bene ei serviunt, quales sunt Joannes, Zacharias; hi indigent pœnitentiâ, ut Innocentiam suam conservent. id. ibid.



## DOMINICA post NATIVITATEM.

THESIS I. *Serviens Die, ac No-* Deo omni  
*cte. Luc. 2. v. 37. Per Diem feli-* tempore  
 citas & prosperitas, per Noctem ad- *serviendâ.*  
 versitas & tribulatio intelligi potest,  
 atque exinde concludi, quòd illa ani-  
 ma non verè servit Deo, quæ non  
 omnitempore, & in quovis statu re-  
 rum Deo servit, sicut hæc Vidua, quæ  
 die